



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Carminvm Iacobi Albani Ghibbesii, Poetae Lavreati  
Caesarei, Pars Lyrica**

**Gibbes, James Alban**

**Romae, 1668**

Ad Fabricivm Sabellvm, Romanvm. Rogatus quamdiù Romæ fuisset,  
respondet, non sine commiseratione Brittaniæ ciuli bello ardentiss, M. DC.  
XLV. Ode XIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13378**

170 IAC. ALB. GHIBBESII

Auribus apertis. Roma (quis credat?) tacet.  
Ille alter, exul horridos inter specus  
Inuenit; ast tu ciuis ad Solem nitens  
Stupore fecisti tui silentium.

AD FABRICIVM SABELLVVM,  
ROMANVM.

Rogatus quamdiu Romæ fuisset, respondet, non sine  
commiseratione Britannia ciuili bello ar-  
dentis, M. DC. XLV.

O D E XIII:

Tertia iam teritur demessis area culmis,  
Pressoquè ter tinxit lacum fordida planta mero;  
Ut lustrat me Roma suum, censemque Quiritem:  
Immane sicco patriæ lumine dissidium  
Quis videat Busiris, amet quis Sarmata ciuis?  
Nequè vrsus vrsus, nec leo dente vel vngue genus  
Læserit, at dispar. Hen! illa Britannia victrix,  
Pacisque nuper arbitra, Marte domi genito  
Nunc furit indignata sibi. Profugimus ergo,  
Biantis exemplo, nigrae litore ab Albionis.  
Obsessam ille urbem linquens; Valeatis, amici,  
Bacchantis insolentiâ militis in patriam  
Ciuis ego tigres possem, comitesque dracones  
Perferre, dixit, lentiū. Vipereæ sobolis  
Pars est, qui cruciet matrem, vel suerit, aliam:  
Quæratur alter angulus, nè scelus aspiciam,  
Quid si Cadmæi vidisset semina dentis,  
Ob iurgium domesticum, viuere, prona mori?  
(Fabula sit de te, miseranda Britannia) quid si  
Alterna fratrum funera, sparsaque membra patrum,  
Cognatasque acies vidisset? ad æthera quantus  
Halaret osoris vapor? quāni procūl iret eques?  
Hoc duce, Gallorum perij, quæ proxima terram,  
Communis Euripo salis: mōx inga Romulidūm  
Dissi-

Dissita terrenis contendi scandere plumis ,  
 Heu ! vnde despecto mei turbida fata soli .  
 Franciscus tamen extorri solatia Princeps  
 Donat, tuaquè FABRICI, nectar amicitiae :

CORNELIO DOSSINTAE O ,  
 NOB. ADOLESCENTI XENIVM ROMAE .

*Clarum nomen foris aduenire . Neminem enim ( ut  
 dicitur) prophetam in patria . Vnde magnanimum  
 in iuuene peregrinandi consilium amplissimis effert  
 verbis .*

O D E XIV.

F Ama silet quæsita domi : sonat acta sub auras  
 Trans mare, trans confinia regni ,  
 Natales exosa lares, nidumquè paternum .  
 Nec yati benè creditur ulli ,  
 Si canit in patriâ . Fraudem Cassandra Pelasgam  
 Vana fide intra Pergama dixit :  
 Ast Helenus procùl expediens oracula frater ,  
 Visus erat Grynæus Apollo .  
 Idcirco genitor cultas Romanus Athenas ,  
 Inquè vicem pater Atticus urbem  
 Visere gaudebat doctâ sub Pallade natos .  
 Heredem sic Cæsar adoptat .  
 Non Ithacam tulit, impatiens abscedere Vlysses ,  
 Materiam facturus Homero  
 Iliadi affinem . Pingunt gesta ardua libros .  
 Iane, tuis gratare Calendis  
 Egregio iuueni, quem clara Britannia mittit ,  
 Haud usquam inferiora secuto .  
 Quamuis mille domus præsenter commoda felix ;  
 Ille tamen sibi Tantalus ultrò ,  
 Fortior oblati, aliò conuertere vultus ,  
 Ac mentem potuit dare Musis .  
 Iamquè ubi lustra virens implet vix quatuor ætas ,  
 (O sitis, ô præclara cupidio

He-